

Τέλει ὁ δειξ ἐν ὁδὲν τῶν ἐπιτηδεύ-  
μάτων. Speciatim illud in Phycis mon-  
strare noster nunc labor esto. Fiet autem  
hac Methodo, quâ ipsâ Natura in nobis  
erudiendis utitur; ita ut illud monstretur  
in Capite priori Demonstratione τῶ διότι,  
in altero Demonstratione τῶ ὅτι. Sed ὁδὲν  
ἐστὶν ἄλλο ἀνθρώποις ἀγαθόν, ὃ μὴ παρὰ  
θεῶ ἔρχεται; ideoque Numen devenera-  
mur pium, ut cedant hæc cuncta Feliciter.

Tyrius Diff.  
XXII. p. 228.

## CAP. I.

### §. I.

*Rerum Phycarum non datur  
cognitio innata.*

ἐκθεσις.

**O**Tiosi esset verborum Anatomici, Criti-  
cas circa singulas Theseos voces recense-  
re lites. Brevibus tantum Res Phycas  
dicimus substantiam quamcunque Corpoream,  
cum omnibus quæ ipsi competunt naturaliter  
affectionibus consideratam.

Quod si vero eas velis dicere cum Thomi-  
stis Ens mobile, (quicquid in contrarium dicat  
Ægidius) cum Scotistis substantiam Naturalem;  
cum Averroë Res Sensibiles, vel cum aliis de-

D. Thomasi  
in Proemio  
Phycæ.  
in Principiis  
Phycæ.